

quod est^{a)} in superna Hierusalem¹²⁾. Nosque quod iam in Romana ecclesia, puae est magistra, mater^{u)} et cabut ecclesiarum, auctore Deo^{v)} famulatus nostri ministerio gessimus, preces benedictionis fundentes et coronam imponentes, sceptrum^{t)} et diadema imperii, etiam hic in sancta ac^{w)} generali fraternitatis nostrae^{x')} synodo, ad quam Deo^{y')} duce pro innumeris^{u)} necessitatibus et utilitatibus^{v)} sanctae Dei ecclesiae^{z')} convenisse dinoscimur^{w)}, iterato^{a')} cordis affectibus et oris vocibus et^{x)} manus subscriptionibus robaremus, nec sint, quod absit, in nobis^{y)} schismata, quae apostolus medullitus execratur¹³⁾, nec animorum alicuius divisionis vel^{b)} diversitatis dissensio^{a)}.

Responsio episcoporum:

Ecce, beatissime et apostolice domine^{a)} papa Iohannes^{b)}, luce^{c)} clarius videmus mentem apicis vestri gratia sancti spiritus^{e)} inlustratam, qui profecto quos repleverit ardentes pariter et loquentes^{d)} facit. Nisi enim ipse cor vestrum^{d)} inradians tetigisset, nec ad tantae dilectionis erga nos flagrantiam accenderetur^{e)}, nec ad tot mellifluos et salutare^{e)} affectus^{f)}, quibus nos proculdubio^{g)} pie et^{f)} assidue^{h)} instruitis, proculdubioⁱ⁾ moveretur. Spiritalem^{g)} autem filium vestrum^{h)} dominum imperatorem Karolum christianissimum et mansuetissimumⁱ⁾ principem tanto iure cupimus^{k)} et desideramus augustalia^{k)} Romani sceptri gubernacula inconcussa et inmutata immo augmentata et ampliata fine tenus retinere, quanto liquidius non per hominem neque ab homine sublimatum et ad tantum culmen potestatis evectum superna gratia revelante cognovimus, qui nimirum cordi sacratissimo^{l)} apostolatus vestri interius

a) quod operatus est ... quod est] qui operatur *M.* t) sceptri *R, P, Bi, S, Ba;* sceptrum *M, H.* u) pro innumeris] in humanis *M.* v) et utilitatibus *fehlt M.* w) dinoscuntur *M.* x) *fehlt M.* y) in nobis *fehlt M.* z) alicuius ... dissensio] contradictiones, diversitates et dissensiones *M.* a) *fehlt M.* b) *über der Zeile nachgetragen R.* c) nostri gratia spiritus sancti *M.* d) nostrum *M.* e) suaves *M.* f) proculdubio pie et *fehlt M.* g) Spiritualem *M.* h) nostrum *M.* i) et mansuetissimum *fehlt M.* k) augustalia *R.*

u) et mater *Bi.* v) Domino *P, Bi.* w) et *H;* hac *Ba.* x) vestre *Bi.* y) Domino *P, Bi.* z) Dei ecclesiae] synodi ecclesiae *P;* ecclesiae synodi *Bi.* a) iteratis *H.* b) et *H, P, Bi.* c) *fehlt P, Bi.* d) eloquentes *Bi.* e) accenderet *H, P, Bi, S.* f) effectus *P, Ba.* g) *fehlt Bi.* h) sancte *Bi.* i) instructis (proculdubio *fehlt H.* k) accipimus *H.* l) attentissimi *Bi.*

¹²⁾ Vgl. Ps. 67, 29—30.

¹³⁾ 1. Cor. 1, 10.